



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarrationes Novae D. Martini Lutheri in Ionam
Prophetam**

Jonas, Justus

Haganoæ

Et orauit Ionas ad Dominum Deum suu[m] de uentre ceti, & dixit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36521

IN IONAM

uocent Hebrei, supra dictum est, nempe uerum cultum Dei. Verus enim cultus Dei est, Deum uere timere & uenerari: sic hi homines etiam timuerunt Deum, id est, sunt facti serui Dei & iusti.

CAP. II.

Et orauit Ionas ad Dominum
Deum suū de uentre ceti, & dixit.

Hoc non est sic accipiendū, quasi hunc Psalmum Ionas labijs & ore cecinerit, aut sic uersibus in uentre ceti luferit. Neque enim tam trāquilla aut serena mente, in tam horribili tentatione mortis fuit Ionas, ut tunc potuerit tam elegans carmen condere. Sed hoc carmine postea ionas suas illas angustias & affectus descripsit, cuiusmodi horrendarū cogitationum spectris cor suū tunc quassatum sit, cum sic in hoc tanto mortis agone luctaretur. Nam hic oportet introspicere animū eius, & interiorem illum Ionam intueri, antequā liberaretur, cum adhuc in morte esset, & plane nū bil quām mortem & terrores maximos sentire. Neq; enim sciebat Ionas se redimendum esse, sed paut iam esse moriendū, uere sensit omnes pauores mortis;

mortis, & inde sinenter hoc momento moriebatur.
Postea autem cum iam redemptus esset & rediui-
tus, reuomente belua, rediisset, tunc retro respici-
ens, recordatus priores angustias, hunc Psalmū in
scriptis reliquit, ut gratias ageret ex corde Deo, et
omnibus relinqueret exemplū. Hic nūc adsint qui-
dam curiosi, qui sciscitari solent, quid mortui rerū
gerant. Optant quidā didicisse se uel audisse ex La-
zaro, quid senserit, quid egerit, quid uiderit, quid
cognorit cum quatriduo mortuus. Quid etiam alijs
mortui quos Christus & Apostoli resuscitarint, e-
gerint. Et audent quidam inepti de his rebus pro-
nunciare quomodo terribiles imagines uiderint, et
sic ut postea nunquam uisi sint læto esse animo. Alij
stant cōtentī dictō illo, Sapientiae secundo cap. Non
est qui agnitus sit reuersus ab inferis, qui nuncia-
rit quid ibi geratur. Ego de Lazaro & alijs mor-
tuis nihil differam noui, sequar scripturam quæ di-
cit mortuos dormire. Ego enim puto eos sic ineffa-
bili, & miro quodam somno esse consopitos, ut mi-
nus sentiat aut uideant, quam hi qui alijs dormiūt.
Et cum excitabuntur, nescient ubi fuerint, aut quo-
modo sic repente renati sint. Ionam autem hic, &
similes mortuos excutiamus, qui nondum sic dormi-
unt, & tamen suo quodam modo altissime in morte
impliciti sunt, qui mortis pauores & inferni duran-

G

IN A I O N A M

te corporali uita experti sunt, & tamen si illorum sensum, non iudicium nostrae rationis respiciamus, planè exanimes & satis mortui fuerunt. Illi inquit, mortui, Jonas, Dauid, & similes tentati, ueritatē re prodent nobis, & curiositatem nobis adimere uereq; (præsertim si similia experiamur) ostendunt, quid post hanc uitam passuri sint, qui sub iniunctio Dei manebunt.

Clamaui in tribulatiōe mea ad Dominū, & exaudiuit me, de uentre inferni clamaui, & exaudiuit uocem meam.

Primum magnifice prædicat gratiam & misericordiam Dei, quod cum ex tali & tanta necessitate ac morte eripuerit, proinde proponit nobis primum amplitudinem bonitatis & gracie Dei, deinde afflictionem ex qua eruptus sit, & docet nos hic primus uersus duas egregias & ualde utiles doctrinas. Primum, ut in omni afflictione ante omnia contaramus & cito clamemus ad Deum. Neq; continere se potest diuina bonitas, quin respiciat afflitos & laborantes. Neq; enim fieri potest, ut Deus non clementer exaudiat eos qui clamant, ut optimus pater non exaudiat filios, qui in necessitatibus ipsum inuocant.